

solucionis viam cerciorem bona mea in vigby cum molendino ab heredibus meis eximo volens quod quicquid ex eis prouenerit cedat in solucionem mei testamenti et vt predictitur debitorum Huius autem vltieme mee voluntatis et testamenti [exequentes] constituo viros discretos. Dominum mathiam prepositum fratrem meum Dominum karulum tukæson vlfonem filium meum, rangwaldum generum meum, birgerum abbatem, honerans et adiurans ipsorum conscientias vt hanc meam voluntatem vltimam fideliter exequantur, Quorum eciam sigillis vna cum sigillo meo proprio et dilecte consortis mee presentem seriem studui roborare Datum nesby anno domini. M. CCC^o XXVII secunda ebdomada post pascha fferia quarta.

Sigillen: N:o 1, Håkan Læmas (2 snedbjelkar), mycket skadadt; de öfriga bortfallna; remsorna qvar.

2616.

1327 d. 15 Juni.

Kongelf.

Förlikning mellan NORGE'S INVÅNARE och Hertigen af Halland och Samsö, Herr Knut Porse, med förbindelse, att all oenighet dem emellan skall vara bilagd.

Mscr. Bartholin. på Univers. Bibl. i Köpenh., Tom. E, pag. 118.

Vniuersis &c. E. &c. Salutem &c. Nouerint vniuersi, quod anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o. die sanctorum martyrum Viti et Modesti, konongældis in Norvegia, inter illustrem principem dominum Kanutum, dei gracia ducem Hallandie et Samsøy, ex una parte, et nos homines regni Norvegie, ex altera, presentibus consiliariis pocioribus vtrorumque, taliter extitit placitatum, quod omnes discordie, controversie, dissensiones et ganse [ɔ: cause?] quecunque inter ipsum dominum ducem et homines regni Norvegie, super quacunque causa huc vsque mote et emerse, finaliter terminate in posterum esse debeant amicabiliter et sopite, ita quod quilibet nostrum alterum mutuo sincero animo et beniuolo souere in suis partibus et vbi cunque locorum promouere benigne teneatur; nec aliquis nostrum habeat alteri super dictis controuersiis quodcunque inuertere de cetero vel imputare; In cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis dominorum Pauli Eiriksson, Haquinii Ogmundarson, Jvari Oghmundarson: Amundi Borgarsson: Johannis Borgharsson: militum: Stigoti, Thorgoti Hælgasoner, Ola Hælgason: Endridi Lang, Haraldi Thorvardzson: et Asbirni Thorvardzson: Armigerorum, presentibus sunt appensa. Datum &c.